

## Decimus octauus

re: aut prodesse uitæ. Nec ullum aliud abhominati spiritus præmiū nouere, q̄ odisse omnia. Verū & in hoc eadē naturæ maiestas tāto plures bonos genuit ac frugi q̄to fertilior in iis q̄ iuuant aluntq;. Quoyæ æstimatione & gaudio nos quoq; relictis exustioni suæ istis hominū turbis pergamus excolere uitam: Aestimatiōni  
eoy cōstantius: quo opere nobis maior q̄ famæ gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est agrestesq; ulus. Sed quibus uita honosq; apud præscos maximus fuerit.

Quæ corona primo Romæ.

Cap. ii.

**R**uoyæ sacerdotes Romulus in primis instituit: seq; duodecimū fratrem appellauit inter illos ab acca laurentia nutrice sua: spicea corona quæ uita alba colligaretur in sacerdotio ei p̄ religiosissimo insigni data. Quæ priā apud Romanos fuit corona: honosq; is nō nisi uita finif: & exules et captosq; comitat. Bina tunc iugera populo 10. satis erāt: nulliq; maiorē modū attribuit: quo seruos pauloatē principis Neronis contēpto huius spatii uiridaria & piscinas iuuat habere maiores gratūq; si nō aliquē & culinas. Namma instituit deos fruge colere: & mola salsa supplicare. Atq; ut auctor ē Hemina far torrere: qm̄ tostū cibo salubrius esset. Id uno mō consecutū statuendo non esse purū ad rē diuinā nisi tostū. Is & fornacalia instituit farris torrendi ferias: & aquæ religiosas terminis agroy. Hos enim deos tunc maxime nouerāt. Seiāq; a serendo: segestā a segetibus appellabāt: quarum simulacra in cyro uidemus. Tertiā ex his nominare sub tecto est religio. At ne degustabāt quidē nouas fruges aut uina anteq; sacerdotes primitias libassent.

De iugere: & actu: & legibus circa pecora: & quotiens & quibus temporibus fuit summa utilitas an nonæ: & qui agricultura illustres.

Cap. iii.

**I**ugere uocabatur quod uno iugo boum in die exarari potuisset. Actus in quo boues agerentur cū aratur uno impetu iusto. Hic erat. cxx. pedum: duplicatusq; in longitudinem iugere faciebat Dona amplissima imperatoroy ac fortium ciuium quantū uis uno die plurimum circumarauisset. Item quartarii farris aut heminae conferēte populo. Cognomina etiam prima inde. Pilumni qui pilum pistrinis inuenerunt. Pisones a pisendo. Iam Fabioy: Lentinoy: Ciceronū: ut quisquis aliquod optime genus sereret. Iunioy familiae bubulcū nominauerūt: quibus bubus optime utebantur. Quin & in sacris nihil religiosius consarrationis uinculo erat. Nouay nuptæ farreum præferabant. Agrum male colere censorium p̄brum iudicabatur. atq; ut refert Cato quem uix bonū colonum dixissent: amplissime laudasse existimabant. Hinc & locupletes dicebant loci hoc est agri plenos. Pecunia ipsa a pecore appellabat. Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicunt omnia: ex quibus populus redditus habet: quia diu hoc solum uestigal fuerat. Multatio quoq; non nisi ouiu boumq; impedio dicebatur. Non omittenda pisca: legum beneuolentia. Cautū quippe est ne bouem priusq; ouem noiaret qui indiceret multā. Ludos bouū causa celebrantes bupetios uocabant. Seruius rex ouiu bouū effugie primus æ signauit. Frugem quidem aratro quæsitam iurtim nocte parauisse: ac secuisse puberi duodecim tabulis capitale erat: suspensumq; Cereri necari iubebant grauius q̄ homicidio conuictum. Impubem prætoris arbitrato uerberari: noxæue duplionem ue decerni. Iam distinctio honosq; ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticæ tribus laudatissima eoy qui rura haberēt. Urbanæ uero i quas trāsferri ignominia esset desidæ probro. Itaq; quattuor solæ erant a partibus urbis in quas habitabāt: subterrana: palatina: collina: exquilina. Nundinis urbem reuifitabant: & ideo comitia nundinis haberi non licebat: ne plebs rustica auocaretur. Quies somnusque in stramentis erat. Gloriam deniq; ipsam a farris honore adorem appellabant. Equidem etiam uerba prisca significationis admiror. Ita enim est in cōmentariis pontificū. Augurio canario agendo dies constituantur: priusq; frumenta uaginis exeāt: & ante q̄ in uaginas pueniat. Ergo iis moribus non mō sufficiebāt fruges nulla puincia: pascente italiā: uerumetm̄ annonæ uilitas incredibilis erat. Mannius Martius ædilis plæbis primū frumentū populo i modios assibus donauit. Minutius augurinus qui Sp. Meliū coarguerat farris preciū in trinis nūdinis ad assen rededit undecimus plebei tribunus: qua de cā statua ei extra portā trigeminā a populo stipe collata statuta est. Trebius in ædilitate assibus populo frumentū prestitit. Quā ob causam & ei statuæ in capitolio & palatio dicatæ sunt. ipse supremo die populi humeris portatus i rogū est. Verū quo anno mater deū aduecta Romā est: maiorē ea æstate factā esse q̄ antecedētibus annis decem facta esset tradunt. M. Varro auctor est: cum. L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos assibus singulis farris modios fuisse. itē uini congios: ficiq; sicca pondo. xxx. olei pondo. x. carnis pōdo. xii. Nec e latifundis singuloy contingebat arcentiam uicinos. Quippe etiam lege Stolonis Licini incluso modo quingentoy iugere: & ipso sua lege damnato: cum substituta filii persona amplius possideret: luxuriantis iā reipublicæ fuit ista mensura. Manii quidē Curtii post triūphos immensumq; terray adiectum imperio nota conciu est: perniciosum intelligi ciuē: cui septē iugera non essent satis. Hæc at mensura plebi post exactos reges assignata est. Quæ nā ergo tante ubertatis cā erat. ipsorū tunc manibus imperatoroy colebantur agri: ut fas est credere: gaudente terra uomere laureato: & triumphali aratore. Stue illi eadem cura semina tractabant: qua bella: eademque diligentia arua disponebant: qua castra: siue honestis ma-

Pauisse